

LIBER OCTAVVS.

333

titia percipi posset: tāta erat magnificentia apud opu-  
lentiores, cupiditas apud humiliores. Cū omnes regio-  
nes Galliae Togatae Caesar percurriisset, summa celerita-  
te ad exercitum Nemetocernā redijt, legionibusq; ex  
omnibus hybernis ad fines Treuirorum euocatis, eō  
profectus est, ibiq; exercitū lustravit. T. Labienū Gal-  
liae Togatae praefecit, quō maiore cōmendatione conci-  
liaretur ad consulatus petitionē. Ipse tantum itinere  
faciebat, quā um satis esse ad mutationem locorū, pro-  
pter salubritatem existimabat. Ibi quanquā crebrō au-  
diebat Labienum ab inimicis suis sollicitari, certiorq;  
siebat, id agi paucorum consilijs, ut interposita sena-  
tus autoritate, aliqua parte exercitus spoliaretur: ta-  
men neq; de Labieno credidit quicquā, neq; contra se-  
natus autoritatē, ut aliquid faceret, potuit adduci. Iudi-  
cabat enim liberis sentētijs patrum conscriptorū cau-  
sam suam facile obtineri. Nam C. Curio tribunus ple-  
bis quum Caesaris causam dignitatēq; defendendam  
suscepisset, sepe erat senatui pollicitus, si quem timor  
armorum Caesaris lederet, & quoniā Pompeij domi-  
natio, atq; arma non minimū terrorem foro inferret,  
discederet uterq; ab armis, exercitusq; dimitteret, fore  
eo facto liberam, & sui iuris ciuitatem. Neq; hoc tan-  
tum pollicitus est, sed etiam per se discessionem facere  
coepit, quod ne fieret consules, amiciq; Pompeij iusse-  
runt: atq; ita rem moderādo, discesserunt. Magnū hoc  
testimonium senatus erat uniuersi, cōueniensq; supe-  
riori